

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dormi Secvre: Vel Cynosvra Professorvm Ac Stvdiosorvm
Eloqventiæ,**

in qua Centvm Et Viginti Themata Oratoria. Non Solvm Stvdiosis, Sed &
Professoribus eloquentiæ, ac pietatis veræ amantibus utilissima &
pernecessaria explicantur ; Cum Indice rerum atq[ue] verborum locupleti

Tympe, Matthäus

Coloniæ Agrippinæ, 1650

XVIII. De Laudibus SS. Eucharistiæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39028

54 LAVS SS. EVCHARISTIÆ.

(Hoc Thēma fusē pertractat R. P. FRANCISCUS
ARIAS in Libelle de imitatione Beatissimæ Virgi-
nis Mariæ.)

XVIII. DE LAUDIBVS SS.

Eucharistiae.

EXORDIUM: Laudib⁹ eos celebramus, qui
enō aliquo beneficio affecerunt: longè maxi-
mæ Christo Servatori debentur, qui eiusmodi
munus in nos contulit, quod Principum Regum-
que muneribus infinitis paribus præstat.

PROPOSITIO: De huius præstantia, & utilitate
dices te peroraturum.

CONFIRMATIONIS I. PARS. Præstantiam hujus
doni à comparatis convinces. PRIMÒ: Nam cū so-
leant parentes liberis, amici amicis, socii sociis,
longam profectionem inituri, res quasdam charis-
simas relinquere, quibus absentie suæ dolorem le-
niant; Christus seipsum nobis relinquit. Et cum
Helias, igneo curru Paradisum petens, discipulo
suo Helisæo pallium suum reliquerit: Christus nō
modo sanctissimam suam carnem, velut Divinita-
tis pallium, sed animam pariter nobilissimā admi-
rabilis Divinitate decoratam nobis reliquit. Ampli-
ficari hic poterit immensa Dei charitas in mortales.
SECUNDÒ: Dignitas hæc declarari potest à Nomi-
bus huic dono attributis. Nam tametsi septem sive
nostræ Religionis Sacraenta, hoc tamen per An-
tonomasiam excellentiamq; singularem Sacra-
menti nomine sapissimè appellatur. Dicitur etiam Eu-
charistia, Sacrificium novæ Legis, Communio, Viaticū;
quæ nomina latius explicanda. TERTIÒ, hanc
præstantiam res hoc Sacramento contenta decla-
rat. Si Locis Sacris, si Sanctorum vestibus & cine-
ribus, si veteris Testamenti Arcæ immensus honos
deferebatur; quid non religionis Eucharistia de-
betur, quais, qui omnia fecit, comprehenditur?

ornabis

LAVS SS. EVCHARISTIÆ. 55

ornabis hac ab Adjunctis Christi: quod sit Deicharissimus Filius, Principum Regumq; Dominus, orbis universi Conditor, mortis dæmonumq; victor, Fons & Origo omnium bonorum.

In III. PARTE Utilitas huius Sacramenti proponatur.
PRIMÒ: Ea in pugna nobis est adjumento, quam cum Dæmone, infensissimo salutis nostræ hoste, continuâ habemus: quia non minus Christus Dæmonium vires per hoc Sacramentū debilitare potest, quam olim, obita morte, suo ad inferos descēsu ipsos perdomuit. Augebis hac ab inaudita Dæmonis erga nos invidia, incomparabili fortitudine, astutia, & summa eius servitutis gravitate, quæ omnes in hoc prælio victos perpetuū manebit. SECUNDÒ: Omnem cœlestem gratiam hoc Sacramētum mortalibus confert. Non enim omniū bonorum Authorem suis quisquā excipere potest ædibus, quin singulari etiā ratione ab ipso locupletur.

In PERORATIONE suadebis Audit. ut frequenter cibum hunc spiritualem & animæ sumant, quo & gratum in Christum pro tanto beneficio animum, & singularem in ipsum amorem, tam excellenti & Christiano homine longè dignissima actiōne declarent, & per arduum virtutis iter, hoc cibo corroborati, constanti & infracto gradiantur animo. (Gell. lib. cap. 8. Valer. lib. 4. de Arte missa.)

XIX. DE INDICENDO BELLO

Sathanæ.

EXORDIUM à querela: Quod et si omnes mor. Vide Libel-
tales innumerabilibus hostibus cincti sint, qui lum meū
interitum eorum machinantur, plurimi tamen re- de Militia
periantur, qui se totos ignaviæ dedant, in delitiis Spirituali,
& voluptatibus vivant, & non minus, ac si summa adjunctum
pace fruerentur, in utramque aurem dormiant. Speculo
Cleric.